



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

Titulus II. De Caritate erga proximum in variis functionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

TITULUS II.

DE CARITATE ERGA PROXIMUM
IN VARIIS FUNCTIONIBUS
EXERCITA.

Quatuor sunt præcipuè functiones, per quas
Caritatem erga Proximum exercere, munus
satisfacere potest, nempe Prædicatio Verbi Divini,
Instructio per Catechismum, Sacramentorum administratio
& Conversatio privata, de quibus proin singulis,
cum sedulitate, constantia & fructu à variis Sacra-
mentis susceptræ & continuatæ sint, nunc ostendendum est.

§. I.

De Caritate à Sacerdotibus per Con-
versationes exercita.

I. Quàm proprium sit hoc officium Sacerdotibus
olim Apostoli act. 6. ostenderunt, dum ad primos
nos dixerunt: *Non est æquum nos derelinquere Verbum
& ministrare mensis; videte ergo viros boni testimo-
nii, quos constituatis super hoc opus, nos autem orationibus
in ministerio Verbi instantes erimus.* Quàm verò sublimis
et arduum, quàm fructuosum sit hoc munus, sapienter
Augustinus in serm. quodam declaravit, dum dixit: *Quo-
bùs plus esse videtur, Verbum DEI, an Corpus Christi
tis verum respondere, hoc utique dicere debetis, quod
sit minus Verbum DEI, quàm Corpus Christi, & minus
minus reus sit, qui Verbum DEI negligenter audire
prædicaverit) quàm ille, qui Corpus Christi in terra
gligentiâ suâ cadere permisit.* Quod ipsum etiam
de sal. docum. c. 4. magis confirmat, dum Verbi DEI
dicationem Legationi Divinæ comparat, dicens: *Acci-
pimus, & recogitemus, quali honore nobis DEI legatio
accipienda. Quid si Legatio à Rege aut à Iudicibus
veniret? nunquid non mox aliis curis posthabita, pro
voluntate, & cum omni devotione literas acciperemus?*

regentes implere satageremus? Ecce de calo Rex Regum, & Dominus Dominantium, imò & Redemptor noster per Proprietatem & Apostolos dignatus est nobis dirigere literas suas, non ut aliquod servitium sibi necessarium demandet, sed ut ad salutem & gloriam nobis sunt necessaria, innovet. Unde meritò S. Paulus 2. Cor. 5. dixit: Pro Christi-
 legatione fungimur. Quæ consideratio sanè non levemente munere tanto æstimationem Sacerdotibus ingenerare, debet, ut Verbum DEI cum debita gravitate & utilitate prædicare studeant, incitare debet; nam, ut rectè S. Hilarius in Pl. 135. dixit, si in viris prudentibus expectari id mirum solet, ut ea, quæ loquuntur, gravitate eorum, doctrinæque digna sint, omnisque sermo non sit fortuitus & vagus, sed ex rationabilibus causis profectus, & expectationi audientium utilis, & Authoritati cognitus differentium; quanto magis id in caelestibus alocuiss opinandum est, ut, quicquid in his excelsum est, divinum, rationale, & perfectum esse existimetur. Quam proin saluberrimam doctrinam non pauci Sacerdotes studiosissimè observârunt.

Christus prædicabat Verbum DEI, ut potestatem habens, prædicare sermo illius potestate plenus.

S. Petrus, cum ipsi & S. Joanni prædicatio à Principibus Sacerdotum esset interdicta, dixit ad eos: Si justum est in conspectu DEI, vos potius audire, quàm DEVM, judicate; non enim possumus, quæ vidimus, & audivimus, non loqui.

S. Paulus, quàm graviter & fructuosè Verbum DEI prædicaverit, ipsemet in 1. ep. ad Corinth. c. 2. insinuat, dicens: Ego, cum venissem ad vos, Fratres, veni non in sublimitate sermoni aut sapientia, annuntians vobis testimonium Christi; non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi IESUM Christum, & hunc Crucifixum. Et iterum: Non enim sumus, sicut plerumque, adulterantes Verbum DEI, sed ex sinceritate, sicut ex DEO, coram DEO, in Christo IESU loquimur. 2. Cor. 2.

S. Dominicus multas plerumque sub concione lacrymas emittebat, unde mirè Auditores commovit, multisque ferè lacrymas ex oculis eliciebat. Vita l. 4. c. 4.

S. Tho

S. Thomas Aquinas multam habebat gratiam in concionibus, in quibus tamen vitabat ea, quæ ad curiositatem, & utilitatem Auditorum pertinere videbantur hominum illorum, quibus concionabatur, captum commodans, & acutas, subtilisque disputationes ad scholas amandans. Vita 7. Mart.

S. Petrus Martyr tanta cum utilitate, tantoque confluxu concionabatur, ut in carruca pictis asseribus ad cathedram fuerit deportandus, ne à Populo, ut fieri consueverat, tantopere comprimeretur. Balg. præf. ad loc. comm. c. 2.

S. Gregorius Nazianz. per plures sæpe horas tanto cum fructu, solatio, & aviditate Auditorum, ut nullum murmur, nulla tussis, nullus screatus audiretur, frequenter gemitus erumperent. S. Greg. orat. 2. c. 1.

S. Vincentius Ferrerius prædicationis officium quatuordecimo vitæ anno inchoatum usque ad vitæ finem continebat, ita ut nulla ferè Provincia prædicationis ejus experta, & ipso prædicante nonnunquam ad octoginta milia hominum confluxerint, & quod præ ceteris admirandum, maternâ linguâ omnes alij Populi intellexerint. 5. Aprilis.

S. Prosper Aquitanicus nihil studiosius quærebat, procurabat attentius, quàm quomodo Populum suum magis placentem efficeret; quocirca & crebris illuminationibus, quibus nihil facundiùs aut efficacius dicebat, ad rectam vivendi rationem incitabat, & in via continentem, quæ, tametsi gratia & lepore admirabilis, natam illi facundiam condiebantur, & S. Scripturarum sententiis refertæ erant, & sic mirificè proderant, majorem vim & auctoritatem illis etiam probatissimi ejusmodi vitæ sanctitas afferebat; nihil enim dicebat, quod ipso non impletet, sciens, parùm utilem esse doctrinam, quæ docentis vitam argueret. Erat illius pectus ardens, mitis præsentia, omnibus affabilis, temperata delinquentes severitas, ut magis illos corripientia moveret, quàm verborum asperitas. Haræus 2. s. 1. c. 10.

S. Antonius de Padua in cælestibus mysteriis luculentè copiosèque explicandis usque adeò præstitit, ut, cum

quando enim concionantem Pontifex audivisset, arcam testa-
menti, alij malleum Hæreticorum vocarint, innumera ve-
nimulitudo, etiam intempesta nocte ad ejus conciones
fluxerit, vestesque cultiores deposuerit. Surius. 13. Jun.
S. Chryostomus ho. 1. de Lazaro sic de seipso scribit: *E-*
meo ipsius animo persuasi, quoad spiravero, hoc implere
desiderium, sive quis attendat, sive non attendat. A-
quam vena, etsi nemo veniat aequatum, manant ta-
tes: & fontes quamvis nemo hauriat, scatebras emit-
tunt.

S. Cyprianus nihil carius habebat, quam assiduò verbuna
Populo annunciare, unde in lib. de bono pudic. sic ait:
semper exitor vel maxime, quotidianis Evangeliorum tra-
ctatibus aliquando vobis fides & scientia incrementa prasta-
re, ut possint credentes ad repromissum regnum pervenire.
mei & operis, & muneris quotidianum votivum nego-
tium est. Et ideo, cum absens erat, per literas hoc pensum
soluebat, & DEI Verbo sic semper intentus erat, ut sum-
mo desiderio optaret inter concionandum posse extremum
claudere. Sur. Ejus vita.

S. Dunstanus Cantuariensis Episcopus, cum in festo Ascen-
sionis multi Angeli ipsi apparuissent, & dixissent, se venisse,
ad ipsum in caelos deducendum, respondit, se quidem para-
tum esse ad eos sequendos, verum Populum verbi divini pa-
ulo necdum refectum esse, unde illi excusatione accepta,
mortem in sequentem diem transtulerunt. Jacobus Mar-
chan. tr. 4. horti Pastorum. lect. 1.

S. Gabelinus Archiepiscopus Mediolanensis vir & sancti-
monia præclarus, & Zelo usque adeò Populo instruendo, &
Hæresibus refutandis invigilabat, ut quâdam die concione
vita animam exhalârit. Ibid.

S. Ignatius Loiola pro suis concionibus non aliam mate-
riam eligebat, quam vitiorum extirpationem, & virtutum
plantationem, & ut Peccatores ad cor redirent, & infinitum
DEI erga se amorem agnoscerent. Ribad. l. 5. c. 11.

S. Franciscus Xaverius Bononiæ cum ingenti fructu con-
cionabatur. Modus ejus erat maximus ardor, sententiæ gra-
vissimæ, nullus fucus orationis, totius corporis ad modestiam
humilitatem conformatio, emicans ex oculis & ore pietas,
quæ

quæ ostendebat, quidquid diceret, ex intimo pectore
 cisci. Materia ejus erat, amor, timorque Domini.
 de una die in Insula Travancotide decem millia homines
 Christianæ fidei amore accendit, & per baptismum
 genuit. Vita l. 1. c. 7.

Sebastianus Barradius tanto Zelo concionabatur, ut
 eadem alter Paulus diceretur. Materia illius erant
 novissima, incertitudo salutis, peccatorum delectatio
 mundi vanitas. In omni ferè concione has sententias
vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et: *monstrum est, quod
 de pendet aternitas:* inculcabat. Anno 1592, tunc in
 simos Juvenes movebat ad S. Francisci Regulam
 dam, ut Quardianus diceret, optare se, ut superiorem
 Sebastianum aliò mittant, aut Adolescentes in Societate
 admitterent. Tanti verò erat vel aspectus illius, ut
 dicerent, se plus illius aspectu, quàm aliorum compo-
 tionibus moveri. Vita itinerario præfixa.

Michaël à Fontibus è Societate JESU saepe justus
 unius & alterius horæ spatium concionari; mox ut
 ad Christi Crucem se prosternens, ex illo libro concionari
 faciebat, & dein cum omnium admiratione dicebat.
 nuæ Soc. 1606. Prov. Arag. dom prof. valent.

Conradus Onnekinck ex eadem Societate solebat
 nes suas flexis genibus scribere, quasi à DEO illas excipere.
 Anno 1607. Mogunt. Coll.

Octavius Gondius Concionator admirandus, aut
 vis concionem, quamvis debili esset corpore, si-
 & per duas horas ante Crucifixi imaginem multis
 mis suam concionem DEO proponebat. Anno
 1608.

II. Itaque qui vis Sacerdos audiat Isaiam monentem
 Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem, & ad
 Populo meo scelera eorum. Studeat itaque sic
 Concionatoris partes implere, ut Auditores de
 Arinis illa Jeremiæ 15. c. verba usurpare possint.
*ti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est
 verbum tuum in gaudium, & in letitiam cordis me-
 autem prædicandi veritas servetur, & vivendi aliter
 tur, ut rectè monet S. Gregorius ho. 11. in Ezech.*

§. II.

De Caritate per Catechizationem rudium à Sacerdotibus exhibita.

Quemadmodum Agricola agrum excolere, & optatum fructum referre volentis non minima cura est; ut, dum ad semen recipiendum maximè idonea est; illud seminata, ita & Sacerdotis agrum Dominicum juxta vocationis obligationem excolere desiderantis præcipua sollicitudo in eo consistere debet, ut, dum tenera adhuc juvenus est, & semen doctrinæ Christianæ recipiendum aptissima, illud diligentè seminuet, ut fructum suo tempore non trigesimum paraxat, sed centesimum ferat. Et hæc nempe causa est, quæ Christus Jo. 20 S. Petrum ter interrogans, an ipsum amaret, ipsoque semper affirmativè respondente, subjecerit illi duabus vicibus: *pasce agnos meos*: & ultima primùm hæc dixerit: *pasce oves meas*. Ut indicaret scilicet duplo majorem puritatis per agnos significatæ instructioni curam impendendam esse; quàm adultis hominibus per oves indicatis. Unde meritò varij Pontifices, præcipuè Pius V. & Gregorius XV. in varijs bullis hunc in finem ejusmodi Catechizationem opus pium, saluberrimum, & Republicæ Christianæ summè necessarium vocant, & ut ejusdem fructuosum exercitium quàm plurimos invitaret, varias indulgentias liberaliter tam ijs, qui illud ipsi obtemperant, quàm qui ad illud cooperantur, concesserunt. Quam sedulò autem & fructuosè id obierint multi Zelosissimi Sacerdotes, ex sequentibus exemplis patebit.

De Christo scribit Theophylactus in cap. 8. Luc. *Ille, qui de celo descendit, ut exemplum & formam vite nobis daret, operibus nos docuit in caritatis officijs non negligentes, nec remissos, sed valde diligentes esse: neque tantum in civitatibus catechizabat, & verbum divinum prædicabat, sed multò magis in castellis, ne magnas civitates quæramus, sed viles atque contemptas villas adeamus ad docendas animas, & trahendas ad DEVM.* Unde dicebat Apostolis: *Infrat. IX.* Q. Sini-

*Sinite parvulos venire ad me, & non prohibueritis illi-
um est enim regnum calorum. Marc. 10.*

S. Paulus, quantopere se in hoc officio caritatis ex-
erit, ipsemet 1. ad Thessal. 7. testatur dicens: *Faci-
parvuli in medio vestrum, tanquam si Nutrix fovet
suos.*

S. Hieronymus in Epistola ad Lætam de Filiz in-
ne sic scribit: *Si ad Paulam miseris, Magistrum
Nutritium spondeo, gestabo humeris, balbutientem
Verba formabo, multo gloriosior Mundi Philosopho,
Regem Macedonum babilonio periturum Seneca
eillam & sponsam Christi erudiam regnis calestrum
vendam.*

S. Gregorius Magnus licet podagrâ impeditus, & cur-
semper infirmo, gestatoria sede se ad scholam portare co-
choralium portari curabat, quos ipse manu virgâ regens
dens docebat, errantesque corrigebat, uti in epistola
de necess. util. & præstant. catech. fol. 21. dicitur.

S. Vincentius Ferrerius non tantum ætate profectu
tiam Pueros certis horis ad se vocatos instruebat, sed
quomodo Cruce se signarent, orationem Dominicanam
tationem Angelicam, Symbolum fidei recitarent, & debita
colerent, Parentibus honorem deferrent, & debita
persolverent. Petrus Ranzanus in vit.

S. Norbertus Ordinis candidi institutor, licet esset
lebris Concionator, ut S. Bernardus eum fistulam
verbi divini vocaverit, maluit tamen in vicis & pag-
ram suam rudibus & pueris instruendis impendere, ut
in vita testatur.

S. Cudbertus solebat ea maximè loca peragere,
asperis, arduisque montibus procul posita, alijs horro-
ad visendum, & paupertate pariter ac rusticitate Do-
arcebant accessum. Quos tamen ille libenter pro
patus labori, tantâ doctrinæ solertis excolebat, ut
ut de Monasterio egressus sæpe hebdomadâ integrâ
quando duabus vel tribus, nonnunquam etiam mensi-
domum non rediret, sed demoratus in montanis plebe-
sticam verbo prædicationis simul & opere virtutis ad
stia vocaret. Haræus in vita, 20. Mart.

S. Carolus Borromeus per loca prærupta & inuia retransiens, quam incedens, & Sarcinas proprijs humeris portans, Sacerdotes & plebem in montosis locis demorantem proprio ore catechizabat, & proprijs monitis stimulabat.

S. Ignatius Loiola tanti faciebat hoc opus, ut non modò cum magna alacritate & fructu peregerit, sed etiam à confessoribus suis exegerit, ut promitterent se specialem parvulorum curam habituros, & tam ipsi, quam Rectores post factam professionem, aut Rectoratum prima vice susceptum quadraginta diebus eosdem parvulos catechizarent.

S. Franciscus Xaverius de seipso l. 1. Epist. ep. 5. sic scribit: Quibus dies plures ego & alij linguæ Hispanicæ & Malabaricæ in unum convenissemus, communi opera, summo labore convertimus Catechismum in Malavaricam linguam, tum ego ut didici, omnes ejus oræ vicos obire cœpi, tinnulo quàm plurimos tum viros, tum pueros cogens. Quibus in unum locum coactis Christianam doctrinam tradebam bis in die. Quocirca eam Pueri unius mensis spatio, memoriam bellissimè commendârunt. Interea eisdem præcepebam, ut, quæ ipsi didicissent, Parentes, Domesticos, & quoscunque deinceps docerent suos. Dominicis porro diebus viros ac mulieres, pueros ac puellas factam in ædem convocabam. Conveniebant sanè alacriter, magnòque studio audiendi.

Tum ego omnibus audientibus exortus à confessione Sanctissimæ Trinitatis, Dominicam orationem, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum patrio ipsorum sermone, clarâque voce pronuntiabam, & ceterum omnes pariter sequebantur, eaque ex re voluntatem capiebant non vulgarem. Inde Symbolum ego iterabam solus, & in singulis ejus capitibus insistebam. Subter symboli articulos sic iteramus, ut ad singulos pariter perveniret & Ave cum certo carmine recitemus; nam primo fidei capite decantato, mox patrio eorum sermone hoc præco-
cimen: JESU Fili DEI, da nobis, ut hoc primum fidei caput planè credamus; quod abs te ut impetremus, hanc tibi precepcionem offerimus à te institutam. Inde aliam hujusmodi carmen subijcimus: Sancta MARIA Mater Domini nostri JESU Christi, impetra nobis à tuo dulcissimo

Q²

simo

limo Filio, ut sine ulla dubitatione hunc fidei Chrestianam credamus articulum. Eandem planè rationem in undecim Symboli capitibus tenemus.

Petrus Forerius, ut doctrina Christiana magis persequatur, & novitate quâdam Populus alliceretur, theatro exit in templo à nonnullis selectioribus puerulis cultu vestitis occupandum, qui in eodem vel de aliquo dei puncto disceptarent, vel peccatum cum omni veritate depingerent; præterea pœnas, quibus iracundia in illud desæviret, adducerent; tum ejusdem fugientium, nec non aliquam in eadem materiâ terribilem riam subjungere, palàm etiam contestarentur, mortem subituros, quàm ejusmodi scelus admittentium hæc ipse loquens sermonem ad Parentes convertens, dem sciscitatus, utrum non afficerentur pudore, quàm Infantes majorem rerum Christianarum mortem quàm ipsi essent nacti; an etiam deinceps tam ignominiosè futuri, ut ipsorum, quod eorum Liberi mortem execrarentur, admittere velint? & hæc omnia cum emphasi proferebat, ut nemo non contritus & lacrimis discederet: desiderium etiam aliquid addidit, erat grande, ut vespertino tempore Parentes suos seorsum abducereat, illisque munusculum offererentur, ut eadem repeterent, ut hac ratione membra ipsimet in memoria retinerent. Vita. l. 1. c. 8.

Jodocus Van Dormael Theologia olim Professor, quibus diebus Dominicis & Festis à summo mane in vicis per vicos & pagos, per sepes & vias, ardentissimo zelo, quasi sauciatus discurrebat, catechizando, & præta doctrinæ Christianæ, rudi plebeculæ exponendo, frusto panis pro viatico contentus, quod, ne cuiquam colis molestus esset, secum portabat. Ut verò huiusmodi cationi liberius & sine impedimento vacare possent, nunquam Beneficium Ecclesiasticum & pinquissimum ultrò oblatum acceptabat. In epist. cit. fol. 30.

Cæsar Buzæus Sacerdos Religiosissimus, integerrimus Avenione in Gallia commoratus, usque ad eam hanc instructionem, ut peculiarem etiam Congregacionem ex pijs Sacerdotibus instituerit, qui Patres doctrinæ

per Galliam nuncuparentur. Quam caritatem DEUS
felicissima morte compensavit, dum noctu sub ipsa ora-
tione subicō luce visibili circumfusus in cælum raptus est.
fol. 69.

II. Habeat ergo & quivis Sacerdos cordi tam fructuosam
functionem, nec sibi persuadeat, in concionibus, aliisque
functionibus honorificentioribus copiosorem fructum re-
peraturum, quia, ut rectè ad similem objectionem Joannes
Parisiensis Cancellarius respondit, pompositus qui-
dam, non autem efficacius aut fructuosius operam suam in
his functionibus ponet, cū à tali Puerorum instru-
tione potissima salus & felicitas reipublicæ dependeat. Di-
xit ergo cum eodem Gerson: *Venite ad me parvuli &*
*ego vobis doctrinam, vos mihi orationem impende-
re. Sic Angelos nostros vicissim latificabimus.*

§. III.

De Caritate per Sacramentorum administratio-
nem à Sacerdotibus demonstrata.

I. Cū inter alia munera boni Pastoris non postremum
ut oves suas certis temporibus ad aquarum, quibus sitim
extinguere possint, fontes aut fluvijs perducatur; ejus-
modi fontes autem respectu Spiritualium ovium meritò Sa-
crosancta Sacramenta censantur, utpote per quæ, ut lo-
quitur Tridentina Synodus omnis vera justitia vel incipit,
vel corrupta augetur, vel amissa reparatur, atque adeò aqua
viva hauritur, quam qui biberit, in æternum non sitiat,
sed in eo fiat fons aquæ salientis in vitam æternam, ut Chri-
stus Jo. 4. dixit, facile apparet, Sacerdotis zelum & indu-
ciam etiam in hæc Sacramentorum crebra & fructuosa fre-
quentatione procuranda elucere præcipuè debere; & verò
etiam in non paucis Sacerdotibus præclare enituisse sequen-
tia exempla demonstrant.

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis omnia quidem Sa-
cramenta præcipuo in honore habebat, sed præ reliquis Sa-
cramentum penitentiae magna cum charitate ac zelo admi-
nistabat; siquidem si quis illi peccata sua confitebatur, a-
deò

deò copiosas lacrymas profudit, ut ipsum etiam M.
tem ad fletum permoveret. Causas autem criminum
illi confitebantur, nulli, nisi Domino soli, apud quem
cedebat, loquebatur, bonum relinquens exemplum
Sacerdotibus, ut Intercessores apud DEUM magis, quam
censatores sint apud homines. Surius. 4. April.

S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus accedentes
eramenta, præcipuè Pœnitentiæ, magna cum
humilitate recipiebat, & patientissimè audiebat;
que verò etiam super caput pœnitentis incumbebat,
tam vertici lacrymarum copiam infundebat, ut
capillis deorsum rivuli per confitentis ora defluerent.
Mulierum confessiones non minùs cautè, quam
diebat; non enim in Angulis, aut obscuris,
cis eas excipiebat, sed in publicis, ubi ab omnibus
ei posset; & autem quidem satis familiariter
oculorum autem in alteram partem vertebat
Surius. 1. April.

S. Ignatius Loiola, cum anno 1538. cerneret
rem ob exortas hæreses propè ab interitu abesse,
restaurandam, communi cum Socijs consilio,
tens, utrique Antistitem permissu, varia Romæ
sortiti, ibique concionibus suis civitatem tum ad
ficium Christiani vehementer accenderunt; tum
ut sacræ confessionis & Eucharistiæ frequens
fraude jam pridem extinctus, magno utique
stianæ commodo, in principe, magistrâque
vivisceret, effecerunt; unde postea eorundem
sociorum operâ ac studio usus etiam in
Hispaniam, Galliam, Germaniam, ipsâque
latus est. Maffeus 1. 2. c. 7. vit. Ign.

S. Carolus Borromæus uti alias frequenter,
maximè grassantis tempore quàm plurimis
caritate Sacramenta Eucharistiæ, extremæ
matis & Baptismi administrabat, nihilque
stare expirantium, suggerebat DEI misericordiam,
riam in postremo articulo indulgentiam largiebatur
compend. c. 24.

M. Joannes de Nivella eo ipso vespere, in quo agonizabat, hujus adhuc confessionem audire voluit dicens: Nollem mille marchis auri hominem non audivisse. Spec. Exempl. dist. 8. ex. 85.

Egidius Gonzalez è Societate JESU post triginta & duos annos in summis officijs transactos, tam impigè licet sexaginta quatuor annorum senex confessiones excepit, ut bene illorum Sacerdotum operam æquaret. Imò in ultimo hunc morbo in lecto confessiones excipiebat, jamque moribundus, cum à mente aberrasset, confessiones audire videbatur, atque inter mortuis vocibus absolutionis formam identidem pronunciabat. Lancizius opusc. 13. n. 429. Petrus Faber ex eadem Societate, quando confessiones audiverat, cogitabat, se scoparum instar esse, quæ, cum catechizando purgârint, ipsæ sordidæ relinquuntur; ad hanc ergo operam Famuli instar suam operam & studium Christo contulit, simulque precabatur Societatis Religiosis, ejus ut scopæ effici, & haberi vellent; habere enim Dominum in Ecclesia sua tanquam maxima domo multa nobilia instrumenta, sibi autem & socijs abunde fore, si scoparum loco concederetur; cujus rei gratia aliquando sacrificium obtulit, ut ipse & socij dici possent splendidæ Christi, & gloriose scopæ. Vita l. 2. c. 12.

Jacobus Merlohorstius Parochus Colonienſis sub initium accepti muneris totus in eo fuit, ut eorum Sacramentorum induceret frequentiam, quibus animæ puritas & gratia vel acquiritur, vel conservatur. Ad sacrum tribunal quotidie in æde summa facientibus, pridie Festorum aut Dominicarum Parochianis suis & alijs Fidelibus consentibus operationem dabat; præcipuè verò pauperum & afflictorum docebat, in quibus Christum agnoscebat, & venerabatur, non ignarus, divites & nobiles multorum faciles & obsequentes nancisci aures, cum egeni & miseri vix aut ægrè audiantur, nonnunquam autem etiam vultu aut verbis asperioribus excepti, à reditu absterreantur. Sic inducta paulatim in Parochiam octavo quoque die sacre communionis frequentatio, pietas Fidelium aucta, & major divini cultus reverentia introducta. Vita. c. 17.

Vincentius Casagnola è Societate JESU, cum in ecclesia
 fionali quotidie per multas horas sederet, sæpe a mercatoribus
 in templo esset, rogatus causam, cur nihilominus in ecclesia
 egregium hoc responsum dedit, mercatores & mercatoriam
 riam lapissimè, cum nihil vendunt, spe tamen lucra
 b: rnis suis otiosos confidere. Annuz Sicil. Coll. 1604.

Pater quidam in Collegio Taurinensi dum in concilio
 bus excipiendis tenuissimo cuique dabat operam,
 vinæ ubertate dulcedinis repletus erat, ut nunquam
 nerit, se majorem expertum fuisse. Annuz 1584. Coll.
 prov. Mediol.

Jordanus de Saxonia in vitis FF. Eremit. D. Aug.
 13. scribit, quòd quidam ejus Ordinis religiosus
 virtutes etiam hanc habuerit, ut pauperularum
 rum confessiones libenter audiret; unde factum, ut
 loqui dampnandus ob varia peccata fuisset, non mo-
 tus, sed etiam ex purgatorij gravissimis pœnis per
 & orationes eorum, quorum confessiones audierat
 liberatus.

II. Dicat ergo Sacerdos quilibet cum S. Paulo
 4. *Sic vos existimet homo, ut Ministros Christi &
 satores mysteriorum DEI, hic jam quaritur, ut
 satores, ut fidelis quis inventatur. Ut ergo
 talem ipse exhibeat, præclaram sibi S. Chryso-
 in Matt. sententiam sibi applicet: Ad vos, & in
 tes, sermonem convertere necessarium est, ut
 studio hac dona distribuatis; non parva etenim
 minet ultio, si quemquam ullius culpa consi-
 sa (& reliquorum Sacramentorum) participem
 sanguis ejus de manibus vestris exquiretur.
 Dux militia sit, sive Praefectus, sive Princeps
 coronatus, indigne autem accedat, prohibe-
 lo potestatem habes. Propterea vos DEVS hoc
 honore, ut talsa discernatis: hac vestra dignitas
 securitas, hac omnis corona, non ut albam &
 tunicam circumcatis induiti. Videant ergo,
 postolo ad Coloss. 4. ministerium, quod acceperunt*

leant, & sollicitè curent seipfos probabiles exhibere Deo,
operarios inconfusibiles ut idem Apostolus Timotheum.
hortatur, ne in ipsos cadat exprobratio D. Gregorij ho.
in Eyang. dicens: *Ingrediuntur electi Sacerdotum*
manibus expiati, caelestem patriam; & Sacerdotes Christi
vitam reprobam ad supplicia inferni descendunt. Cui
similes dixerim Sacerdotes malos, nisi aqua baptisma-
ti, qua peccata baptizatorum diluens, illos ad regna ca-
elestia mittit, & ipsa in cloacas descendit.

§. IV.

De Caritate per conversationem privatam à
Sacerdotibus demonstrata.

I. Hanc Conversationem Manuale Parochorum p. 3. c. 5.
merito ait esse caput totius ferè vitæ Pastoralis; eò quòd
illa Spiritus quasi vitales in omnes officij hujus partes
animant, siquidem vita exemplaris & utilis Sacramento-
rum administratio, & Concionum, Catecheseos, reliqua-
rumque functionum Parochialium recta institutio in con-
versando ferè consistunt, & præterea salus proximi ob fa-
miliarem agendi modum *suavius*, & ob occasionem eli-
gendi materiam loqui accommodatam, gratamque illis,
cum quibus agitur, eamque per frequentiore repetitione
inculcandi *efficaciùs*; & tandem ob faciliorem acces-
sum, ac occasionem liberiùs ac sine rubore loquendi *faci-*
lius procuratur. Unde meritò Zelosi Sacerdotes eadem ve-
re præcipuo ad munus suum ritè obeundum instrumento
sunt uti.

S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis passim vadens
ad diversa Monasteria Monachorum, Canonicorum, San-
ctimonialium, nec non ad curias quorumcunque Nobilium,
propterea ratio ducebat, perveniens ubique lætissimè su-
suscipiebatur. Similiter & ille solito more se cunctis jucun-
dum & affabilem exhibebat, morèque singulorum, in
quantum sine peccato poterat, in se suscipiebat, sicque fa-
miliaris illi dehinc Anglia facta est. Vita 21. April. apud
Haræum.

S. Vedastus Episcopus Atrebatensis omnes ad se venientes p[ro]p[ri]a
vitæ æternæ pascebat alimento, nec ullum in sua d[omi]no
bat angustia, sed piæ consolationis verbo reficiebat p[er]pet
fos. Unde & à quamplurimis illustribus frequentat[ur], l[icet]
viris, ut illius sacratissimo alloquio, vel in critica
bet sollicitudinis susciperent consolationem, vel in
gione Ecclesiasticæ exercitationis puram ab eo ad
ritatem. Vita 6. Febr. apud Haræum.

S. Dominicus plurimum semper conversationi
hinc quando aliquem prædicatione movere, & con
non poterat, ad illius domum se conferebat, ibi que
quot dies morabatur, ut cum vitæ sanctioris excep
opportunitis & sua vibus colloquiis eundem emolli
opponit.

S. Ignatius Lojola nihil ferè magis cordi habebat
etiam commendabat, quàm ut ad hominum benevolenti
divini obsequij gratiâ conciliandam imitarentur
qui omnibus fiebat omnia, ut omnes lucrifaceret
enim re æquè ac morum, studiorumque similitudine
bilique conversatione benevolentiam conciliari
devinci. Hist. Soc. l. 3. n. 48.

S. Franciscus Xaverius multum quidem concionibus
blicis, non minus tamen privata conversatione in
tendis maximè gravibus Peccatoribus efficiebat
dulcè semper socios monebat, ut in congressibus & con
caverent, ne nimia quædam gravitas suspensionem
reverentiam exigentis arrogantia, sed potius faciem &
vultus, lætitiâque, & affabilitatem sermonis præ
hoc enim esse efficacissimum medium, quo animæ
soleant juxta illud Olee 11. *In funiculis Adæ trahuntur
in vinculis caritatis.*

Alanus de Solminihac cum Proximo congregatus
in loquendo comitatem præferebat, verbis ejus
& benignitatis, quâ omnium sibi devinciebat animos
conditis, unde non pauci facti sunt, nunquam se cum
se, quin ad pietatem & devotionem exstimulati fuerunt
signemque consolationem perceperint; omnia quæ
verba sanctitatem spirabant, sermonesque inutiles &
lares tantam ipsi torturam afferebant, ut ipsemet ipso

per eos confici & fatigari, quàm per quemvis alium
corporis vel animi laborem. Vita l. 3. c. 18.

Petrus Faber è Societate JESU dicebat, teste Orlandino
1.9. hist. Soc. interdum ad Populum, sed in congressu,
militarique colloquio vis major inerat; in hoc ille po-
nebat omnia, in hoc hærebat, in hoc morabatur. Hinc, ut
Auctor l. 3. n. 29. ait, indagabat omnes occasiones &
omnibus consulendi, &, quocunque ingrediebatur,
sermonis occasionem intenta mente captabat, ut,
quicquid ei jungeretur, quasi è salis tactu æternæ vitæ sapore
periret. Bellissimum quippe dicebat esse, & omnibus
salutem alienæ gerentibus proprium, relinquere in
domibus, quò divertunt, vestigium aliquod sancti-
tatis. Ubique colligendum, cum debitores sint omnibus,
ubique eos spectet DEUS, cujus ipsi Famuli & Admini-
stratores existunt.

Card. Robertus Bellarminus miram habebat gratiam in
conversando, maximè cum turbatis hominibus; hinc si ta-
ntum quempiamprehendisset, incipiebat cum eo humani-
ter, perinde ac decet cum ægro animo, agere, tum verò his
devincebat. Primò aures dabat patientes, naturam
festivè odorabatur; post ejus sensibus perspectis, ora-
tione dulci deliniebat; postremò ubi in animum ejus bene-
volentiam se dederat, salubribus consiliis pro re curabat, & re-
sistebat ab ægritudine, donec jam ad tranquilla redeun-
tem & freni patientem in partes virtutis flecteret, incita-
tione. Vita l. 2. c. 8.

Balthasar Alvarez ex eadem Societate judicabat, virtu-
tem manere exiguam, donec in agendo cum proximo pro-
cedatur; tunc enim caritatem, humilitatem, patientiam, &
generatim magnos sustinere ictus; prodesse autem nobis
illorum studia, & propensiones valdè à nostris
diversas, cum propter DEUM toleramus. Vita c. 7. Sic
autem volebat conversationem institui cum Proximo, ut ij,
cum quibus loquimur, ita mutentur, ut discentes perce-
nant peccata, dicantque; Verè Filij DEI sunt isti, habentq;
spiritum caelestem. Ibid. c. 8.

Jacobus Merlohorstius etsi difficulter ab oratione & le-
ctione spiritualium librorum abstrahi poterat, quando
tamen

tamen caritas conversationem cum Proximo promptissimus accedebat, & modò pacem inter conciliabat, modò tristes & afflictos melliflua labatur. Cuius doctis docta, non tamen vana, affectata, sed utilia miscebat colloquia, discendi cupidior; hinc cum nullis libentius, quam cum religiosis de rebus Asceticis loquebatur; quos si reprehendi enim verò ridere vultus, & cor gaudiis dilatarè, & incipiebat. Vita c. 22.

II. Audiant itaque Sacerdotes S. Jacobum hortantem c. 3. *Quis sapiens & disciplinatus ostendat ex bona conversatione operationem suam consuetudine sapientia;* ut dicere & ipse possit cum ad Philip. 3. se conversatum esse sine querela; & illud Sap. 8. *Intrans in domum meam, conquiescat illo; non enim habet amaritudinem conversatio eius; sed latissimam & gaudium.*

S. Ultimus.

De felici morte zelosorum Sacerdotum.

I. Si sententia illa S. Davidis Pharisaei *Propheta in fine Domini mors Sanctorum ejus,* in ullo alio, Sacerdotibus locum habet; de his enim verificabitur, quod Apoc. 14. dicitur: *Beati mortui, qui non moriuntur; amodo jam dicit spiritus, ut requiescant operibus suis; opera enim illorum sequuntur illos.* Ut ait S. Gregorius l. 10. mor. c. 21. dixit: *Ad vesperum fulgor Sacerdoti justo, quia in occasu suam cogitationem, atque ideo dictum: Timentis Dominum in extremis,* id quod non pauci Sacerdotes sunt expatiati.

S. Augustinus in grave morbo, quo supremam vitam quam sanctissime perageret, communibus Ecclesiam Sacramentis ad mortem fortiter, sancteque vitam migraret, ne assidua ejus de rebus caelestibus cogitatione à quoquam præpediretur, omne à se amovit amicosque

sequi, ita ut nullus cum adire posset, nisi cum Medici
 in inferent, vel ciborum aliquid inferretur, reliquum
 tempus orationi ac rerum caelestium meditationi dabat: di-
 solutus, neminem sine congruo noxarum dolore decede-
 debere; quam ob causam ipse in adversa lectuli parte
 contra peccatorum horrorem, qui moribundos frequenter
 capere solet, majoribus characteribus exaratos septem Psal-
 mos penitenciales appendi iusserat, quos saepius magna vi-
 rorum perlegebat. Denique verò à febris penitus op-
 pressus, interruptis ac morientibus vocibus Collegas suos
 à vita sanctimoniam cohortans, & Christum Servatorem,
 intemeratam Virginem, S. Stephanum, aliòsque Patro-
 nis invocans, astantibus ac pariter orantibus Fratribus in
 pace obdormivit. Vita 1.3. c. 64. & 62.

S. Ambrosius cum à Sacerdotibus quibusdam rogaretur,
 sibi vivendi à Domino peteret comitatum, respondit:
 non ita inter vos vixi, ut pudeat me vivere; nec timeo
 mori, quia bonum Dominum habemus. Sed & eodem tem-
 pore usque ad horam exitus expansis in crucem manibus
 oravit, ac tandem, ubi ab Honorato Ecclesiae Vercellensis
 obdormivisset, tertià vice caelitus admonito sacrum Domini
 Corpus accepit, animam in manus Creatoris tradidit. Vita
 6. Dec.

S. Nicolaus Episcopus instante morte suspiciens in cae-
 lum, cum Angelos sibi occurrentes intueretur, illo Psalmo:
In te Domine speravi: pronuntiato, ubi ad illa verba venit:
In manus tuas commendo spiritum meum: in caelestem Pa-
triam migravit. Vita 6. Dec.

S. Clarus Abbas appropinquante horà exitus sui Psalte-
 rum cum Fratribus decantare cepit, qui, cum ad illa ver-
 ba: *Omni spiritus laudet Dominum: venissent, cum luce-
 rent ineffabilis totam cellam replevit, sicque beata anima
 carae soluta recessit. Vita 2. Jan.*

S. Bonitus Episcopus ingravescente morbo ad extrema de-
 ductus, caeleste viaticum sumpsit, signo Dominico se muni-
 vit, & fenestram cubiculi aperire jubens, oculos lacrymis
 madentes ad caelum erexit, & Psalmum morienti congruum
 recitans spiritum DEO reddidit. Vita 12. Jan. apud Ha-
 rem.

S. Seva-

S. Severus Episcopus Ravennatensis, cum diem obitus
ex divina revelatione cognovisset, die quodam SS.
Sacrificium offerens, transiit suum ex hoc Mundo
rima Sacramentorum cœlestium perceptione communi
convocatoque ad se totius Urbis Clero, & utriusque
populo, de integritate Catholicæ fidei, de fraternâ
& dulcissima animorum consensione servanda colen-
dâ impertitâ illis benedictione, stolâ Sacerdotali indue-
tusque sepulchrum ingrediens, non multo post factam
mam Creatori reddidit. Vita 1. Febr. apud eundem.

S. Nicolaus Tolentinas ex Ordine S. Augustini,
ante obitum Mensibus quâlibet nocte, ante precen-
nas, voces Angelicas audivisset, & gravi infirmitate
vari advertisset, convocatos Fratres sic est allocutus
nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc justificatus
Itaque si cuiquam ex vobis injuriam irrogavi, partici-
patis meis. Te verò, Pater Prior, obnixè rogo, ut
primùm legas mihi absolutionem omnium peccato-
rum, & Matris Ecclesiæ Sacramenta mihi
Quæ cum profundissimis lacrymis lampisisset, iussit
En Dominus meus JESUS Christus suæ Matris & Nostri
Augustino innicens dicit mihi: *Euge serve bone*
intra in gaudium Domini tui: ac mox subdens, iunctis
tuis, Domine, commendo spiritum meum; iunctis
manibus, & oculos ad Crucem elevans, iunctis
vultu animam efflavit. Vita 10. Sept.

S. Martinus Episcopus mortem sibi imminere præ-
stratum suum cinere & cilicio operuit, cumque rogatus
vilia saltem stramenta supponi suerit, respondit, non
Filij, Christianum aliter, quàm in cinere mori, & pro
vobis exemplum reliquit, ipse peccavi. Subinde
manibus in cælum semper intentus, cum moneretur
pus lateris mutatione relevaret, sinite me, inquit,
Fratres, cælum potius respicere, quàm terram, ut
itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Quo-
tus, cum Diabolum propè assistentem vidisset, fides
nus dixit: quid hîc adstas, cruenta bestia? nihil in
nestè reperies, Abrahæ me sinus recipiet. Quâ in voce
tam animam exhalavit. Vita 11. Nov.

S. Laurentius Justinianus in agone circumstantibus dixit ;
 hinc cum lacrymis vestris , tempus lætitiæ est , non
 timor. Pudeat vos mortem timere , cum Dominus
 JESUS Christus, in cujus conspectu decumbo, propter
 in Cruce mori voluerit. Hunc diem semper ob oculos
 habere, tu scis, mi Domine JESU. Surius 8. Jun.

S. Thomas de Villanova, cum omnia bona, etiam Je-
 suum, in quo jacebat, pauperibus erogata audivisset, DEO
 gratias agens, nunc, agebat, lætus ad agonem propero, nu-
 cum nudo, nihil habens, unde teneat, contra malignos
 spiritus fortiter luctaturus, statimque petiit, ut Sacramen-
 tum unctiois muniretur, missæque legeretur, sub
 Passionem secundum Joannem sibi prælegi jubebat, &
 attentissima mente audivit, donec augustissimum
 sacramentum elevabatur, tum enim mira humilitate illud
 contemplantis, & præ gaudio in lacrymas effusus Canticum.
 Domine, secundum verbum
 in pace : inchoavit, eoque finito subdens : *In ma-*
nu Domine, commendo Spiritum meum : requievit
 in pace. In triumpho honor 1660 Monachij edito fol. 53.

Joannes Gerardinus de Societate JESU in agone dixit ;
 timeo mori, habens à Christo syngrapham ad cælum
 sigilli ejus sigillo munitam ; per sigillum autem hoc in-
 scribitur : *Amen, Amen.* Per syngrapham autem ver-
 ba : *qui reliquerit Patrem & Matrem &c.* Dein ad
 se conversus, ô M A R I A, inquit, tribulaber certè ni-
 si, si nescirem tuum Parrocinium, quæso pia Mater,
 tuæ Patrona, dulcis Virgo, in hora mortis tuo præsidio
 precor, tu quasi terebinthus extende ramos, & me lassum
 suscipe. Denique animam propriam alloquens, ô anima mea,
 quæ jam hæc malè tractaris, jam pelleris, jam non no-
 tas, eo domicilium tuum jam quassatum, bases nutant,
 fundamenta diruuntur, parietes fiuntur, & per rimas &
 foras jam spiculis dolorum infirmitas te pellit ; quid i-
 teris, moraris exi oculus, exi lata instar columbæ ex cavea
 tua, reditura cum virenti ramo olivæ. Annus Soc.
 Lithuan. 1606. Colleg. Pulrov.

Jacobus Merlohorstius triennio ante mortem tumbam si-
 bi

bi præparaverat, quam lecto impostam quotidie
plabatur, cui hoc dyticon inscripserat:

*Cum capulum cernis, cur non mortalia spernunt
Tali namque domo clauditur omnis homo.*

Testamentum pridem scripserat, quod annuē be-
vebat, & vel confirmabat, vel mutabat, hæredibus
pauperibus nominatis, funeris etiam omnem rationem
signarat, & privatam semper decreverat, abique
sumptibus, qui mortuo non prodessent, & pauperibus
cessaria subsidia decerperent, eique solos cum Sa-
sentes esse quadraginta pauperes iusserat, qui nocte
delato in templum funere vacarent precibus, dicere-
lias, animam DEO commendarent. Cum fatum
imminere persentisceret, cum tenero pietatis sensu
heroicos virtutum actus Sacramenta pœnitentiæ, E-
stix, & unctionis suscepit, à præsentibus, & absentibus
niam offensarum demissè petiit, caput 12. l. 2. ex
imitatione Christi prælegi sibi petiit, desiderium
Patriæ per varios Psalmos excitavit, & crucifixi
vulnera dulcissimè disuaviatus, millies & millies,
dulcissime JESU, laudabo te, JESU miserere mei.
MARIA, inter quæ verba sæpius repetita, placide
vit. Vita. l. c. 38. & 37.

Georgius Hippus è Societate JESU, cum videtur
morbo ipsius commotum, & quærentem, num aliquod
opus esset? quid, respondit, quid opus esse poterit
paulò post DEUM habituro? quid mœstitioni præter
gratularis potiùs præstolanti tantum bonum? An-
f. 114.

II. Quidni ergo exclamet Sacerdos quilibet,
cum Balaam num. 23. *Moriatur anima mea mor-
rum, & stant novissima mea horum similia: verum
mors iustorum, ut rectè S. Gregorius super c. 18. Mar-
bonis est in adiutorium, malis in testimonium, ut
versi sine excusatione pereant, unde electi excep-
piunt, ut vivant. Sic enim & de ipsis cum ven-
poterit: Pretiosa in conspectu Domini mors
Sacerdotum; pretiosa planè, ut S. Bernardus in ep-*

quam sui laborum, tanquam victoria consummatæ,
quæ vita janua, & perfecta securitatis ingressus.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

PARS III.

DE MALORUM SACERDOTUM INFELICI EXITU ET POENIS.

¶ Ut opposita juxta se posita magis illucescant, non parùm proderit, ad dignitatem & præmium bonorû Sacerdotum clariùs demonstrantia, & damna, quæ ex malorum Sacerdotum scelere oriuntur; & infelices exitus, quos propter eorum suam vitam sunt passi, paulò clariùs obocurrant, simulque causæ & radices tantorum scelorum, eorûque remedia explicentur, quæ omnia hac parte breviter præstabitur.

CAPVT I.

DE VI SACERDOTES HOC LOCO POTISSIMUM INTELLIGANTUR.

¶ Et malos Sacerdotes hoc loco non intelligo eos, qui levibus & quotidianis peccatis, in quæ etiam justifidelis cadere solent, committunt, sed qui gravioribus scelere sunt obnoxii, atque in iisdem consuetudine contractas, & obstinatam non respiscendi voluntatem callum quomodo obdixerunt; quos quidem genuinis coloribus Apostolus in sua epistola descripsisse videtur, dum dicit: *Pe, illis, qui in via Cain abierunt,* (per DEI scilicet *Instru. l. x.*
R. con-